iudaeos ieiunium scenophegie celebrant ; Et inuenitur in ipsa
die octaua kalendarum octobrium esse equinoccium ; In qua est
inchoacio noctis maior quam lucis. Illum enim oportet crescere
in quid me autem minui. Minorata et enim fuerat lux a tenebris ; Cum
iudaei secundum legem et prophetam sacrificia deo offerebant ;
In qua et iohannes conceptus est ; haec enim que ante pro peccatis
populi offerebantur ; que iam cessare oportebat. Cum iohannes id est
baptista conciperetur ; Et ideo zacharias pater eius sacerdos iuda
eoru(m) ommutuit ; quia iam cessare et commutescere oportebat sacrificia
eorum que pro peccatis populi offerebantur ; Veniebat enim sacer
dos solus ; qui de agno suo proprio immolato sacrificium deo ; propec
catis omnibus offerret ; Quibus beati iohannis uerbis edocemur ;
Prima mox die post diem expiationis mutationem. Tunc sacerdotalis
uicis esse celebratum Ideoque in hac per curionis domini conceptione fieri ;
Que non frustra die ieiuniorum et afflictionis est ab angelo predicta ; quia
per ipsum erat hominibus afflictio penitentiae predicanda ;
ET OCCULTABAT SE MENSIB; QUIN[illegible]MIHI D[illegible]S
IN DIEB; QUIB; RESPEXIT AUFERRE[illegible]HOMINES
Quanta sit cura sit ne quid turpe de quo erubescere debeant admittunt.
Ostendit elisabeth quae et de ipsis quae accipere cupiebat donis erubes
cit. Et licet de ablato gaudeat obprobrio sterelitatis. De partu tamen
anilis uerecundatur aetatis ; Sed pudet annos matris quamdiu
latet honor prolis ; Namque occultabat se quia conceperat filium ;
Iam intrante beata dei genetrice clamosa ; exultauit quia parritura
erat prophetam ; Allegorice autem per zachariam sacerdotium iudaeo
rum ; per elisabeth potest lex ipsa designari que sacerdotum doc
trinis exercita quasi auxilio uirili fulta spiritaliter deo filios gigne
re debebat ; Sed quasi obsterelitatis iniuriam minime ualebat ;
Non quia non multi et ante legem et in lege perfectissime
uite fuerint ; Sed quia neminem ad perfectum adduxit.